

Contenta.

- §. 1. CAROLVM M. olim codicem quendam canonum ab HADRIANO I. donatum accepisse, traditione a maioribus accepimus. Hunc alii dicunt fuisse prorsus nouam collectionem, alii pro Dionysiano codice habent. Collectio Decretalium NICOLAI IV. P. R.
- §. 2. Vt igitur Dionysiani codicis characteres facilius memoria recolantur, admixtis obseruationibus quibusdam, illius prima editio describitur.
- §. 3. Successu temporis illi augmenta quaedam accessisse, praesertim LEONIS IV. testimonio, ostenditur.
- §. 4. DIONYSII codex sexto statim seculo ab Ecclesia Romana receptus, eiusque auctoritas sola viguit ad NICOLAVM I. vsque. Patrum in ecclesia auctoritas similis fere illi, quae IGRI olim apud Romanos concessa.
- §. 5. Seculo VI. VII. et VIII. in Gallia vel etiam in Germania adfuisse codicem domesticorum canonum, publica saltem auctoritate munitum, est admodum dubium.
- §. 6. Sed neque codex DIONYSII ante annum 774. inualuit apud Francos. Eius contrarium neque ex actis concilii Agathensis a. 506. et Parisiensis a. 577. caeterisque huius aevi monumentis colligitur.
- §. 7. Dubium tamen aliquod notatur, et in seqq. §§. ex rerum hoc aeuo gestarum monumentis remouetur.
- §. 8. Nempe ne BONIFACIVS quidem circa a. 742. codicem DIONYSII vel alium in legatione secum habuit.
- §. 9. Quod ostenditur praesertim ex memorabili, sed paulo obscuriori loco, qui legitur in vita BONIFACII a WILLIBALDO scripta, et ex literis BONIFACII ad ZACHARIAM Pontificem Rom. Nonnulla de Synodo sub CAROLOMANNO a. 742. habita. In ea quatuor oecumenica concilia recepta. Cur WILLIBALDVS eam quintam principalem dixerit.

xerit. Neque GREGORIUS II. a. 723. BONIFACIO codicem canonum dedit.

- §. 10. *Verosimilior eorum sententia, qui censent, HADRIANI donum in ipsa urbe, et quidem anno 774. CAROLO M. fuisse oblatum.*
- §. 11. *CAROLI insigne studium Romanos imitandi. Quae inde coniectura oriatur.*
- §. 12. *Quem usum HADRIANVS hoc dono obtinere studuerit. ISIDORI PECCATORIS imposturam post seculi IX. initia non pertinere.*
- §. 13. *Quam sit improbable, quod HADRIANVS nouum congessevit codicem. Romae saltem nullus eo tempore cognitus.*
- §. 14. *Ex capitularibus et Synodis post annum 774. celebratis ostenditur, non alium, quam Dionysianum codicem hac tempestate in Gallia et Germania valuisse. Canones Sardicenses iam ab INNOCENTIO I. pro Nicaenis habitis.*
- §. 15. *Ex Epitome canonum Canisiana ostenditur, codicem HADRIANI a Dionysiano non fuisse diuersum. Haec eadem epitome et codex DIONYSII non sunt diuersae eiusdem libri editiones. Notatur ambiguitas denominationis codicis canonum veteris Ecclesiae Romanae.*
- §. 16. *Ex ECKHARDI descriptione affertur notitia codicis manuscripti Wirceburgensis, quae docet, donum HADRIANI in codice DIONYSII constituisse.*
- §. 17. *HINC MARI RHEMENSIS testimonio conficitur, hoc donum in codice DIONYSII, et auctae quidem editionis, constituisse.*
- §. 18. *Nihil tamen minus iste codex non simul per auersionem et vno impetu in Gallia et Germania introductus est, sed sensim initio per singulas partes receptus, deinde in vniuersum vi consuetudinis inueteratae obtinuit.*
- §. 19. *Dubia tandem in summam collecta breuiter remouentur, et concluditur.*

De